

fol. 166<sup>v</sup>

Johann von St. Goar

[1440 Dezember]

[166v] <sup>q)</sup>Rectoratus magistr̃ii Iohannis Ernesti sacre theologie  
baccalarii etc.

Anno domini m<sup>o</sup> cccc xl<sup>mo</sup> in vigilia beati Thome apostoli [20. Dezember]  
5 facta congregacione dominorum doctorum et magistrorum per iuramen-  
tum ad eligendum novum rectorem<sup>r)</sup> electus fuit concorditer magister Iohannes Ernesti de Sanctogoare et ipso absente, in cuius rectoratu acta sunt infrascripta.

<sup>172 s)</sup>Item die septima mensis ianuarii facta convocacione dominorum doctorum et magistrorum per iuramentum super eo, an expediret pro bono universitatis quoddam statutum seu ordinacionem contra noctivagos ac cum armis incedentes sub pena exclusionis alias publicatum inter alia nunc statuta iterum pronunciare, et fuit concorditer conclusum, quod non sed quod huiusmodi ordinacio per certos esset corrigenda, interpretanda aut  
10 immutanda propter multa, que a tempore publicacionis suborta videbantur, mala. Ad quod deputabantur domini magister Nicolaus de Wachenhem sacre theologie ac magister Iohannes de Riszen sacrorum canonum doctores, magister Iohannes de Bruchsella in sacra theologia et magister Conradus Degen in iure canonico licenciati, qui sepius congregati summa  
15 cum diligencia visis statutis veteribus et novis pro corrigendis excessibus editis tandem ex omnibus certa pro bono universitatis comportaverunt pronuncianda sub relacione tamen ad universitatem.

Honorabiles domini doctores et magistri, sitis hodie hora secunda in cappella<sup>l)</sup> etc. ad audiendum concepta per dominos deputatos sub pena iuramenti.  
25

Item die xiii mensis ianuarii convocacione facta per iuramentum dominorum doctorum et magistrorum, priusquam procederetur ad principale, venerabilis dominus doctor Bartholomeus ordinarius in novis iuribus sub certa propositione supposuit, quatenus universitas dignaretur sibi dare licenciam primam faciendi residenciam in una prebendarum suarum incipiendam aut dominica invocavit [5. März] aut in festo pasche [16. April] offerens se paratum ad substituendum valentem virum ac obtinendum eciam consensum et voluntatem domini. Super quo induccione facta unanimi<sup>u)</sup>  
30

<sup>q)</sup> Handw. A <sup>r)</sup> folgt ecl gestr. A <sup>s)</sup> Handw. A <sup>l)</sup> cape- mit Kürzungsstrich A <sup>u)</sup> folgt omnium gestr. A

<sup>172</sup> vgl. Winkelmann, Reg. 300

452